

9 Boetiae lacus sacer ubi Amphiaraus devoratus.  
in eo lacu est urceus fictilis fractus pendens testa  
inter se composita; unde autem pendeat non appareat,  
nisi a vento moveatur.

10 Athenis Minervae aedes nobilis; cuius ad sini-  
stra<m> clipeus appositus quem digito tangit; in quo  
clipeo medio Daedali est imago ita colligata: quam  
si quis imaginem <e> clipeo velit tollere, perit totum  
opus; solvitur enim signum. ipsa autem dea habet  
10 hastam de gramine.

11 Ilio lapis est quadratus, ubi Cassandra fuit alligata;  
quem si ante [tangas id est aut] fricueris, lac demittit;  
ex altera autem parte similiter si frices, [ac si] san-  
*fol. 3<sup>v</sup>* guinem demittit. / Iuxta autem mare locus qui Rhoe-  
15 teon vocatur; ibi est Achillis et Patrocli tumulus et  
flumen Scamandrus.